

a Capodistria, vecchi e senza soccorso; anzi, il padre deve soddisfare ad una palleadoris, e non lo può.

Di qui il suo cruccio; cerca però di trar profitto da ogni cosa.

Gli annunzia poi d'aver avuto un colloquio col mercante ebreo,

e gli comunica il desiderio del Conversino d'aver da Muggia un giovinetto che lo accompagni in curia; il Conversino offre di istruirlo nelle lettere.

summam atque opulentissimam miseriam? senes, egri, inopes laborant, nec est eis ulla neque in se neque in aliis spes; utque nichil ad summam desit, cogitur nunc pater sponsionem, quam pro alio subierat, ipse re implere et pecuniam quidem adeo gravem exolvere, ut sit ei aut carcer subeundus aut fuga paranda^(a). his ego non moveri non possum, quanquam hoc ipsum semper molior, ut omnia in partem meliorem traham, et sollicitudines, que profuturæ nichil sunt, demam.

Ante hos dies dominum Breu^(b) conveni, mandata tua exposui. ille me noluit coram conservo loqui, qui diceret^(c) cimatori tuo quod a se exigis dedisse, idque presente Putio^(d) sacerdote alioque clericulo^(e) gibboso, cuius nomen preterierat^(f), factum; ac, nisi ita constaret, promptum se illud iusto pretio, etsi iniuste^(g), pensare^(h). tu nunc id vide⁽ⁱ⁾, quid me facere in hac re velis, neque minus in ceteris.

Magister Iohannes de Ravenna, qui te, tametsi oculis visuque incognitum, clara tamen et laudabili fama late cognitum inprimis amat, is pridie me admonuit, uti te magnopere litteris orarem quatenus, si fieri possit^(k), puerum inde, auctore te, habeat, a quo se reliquum nichil exacturum dicit, nisi ut ab domo in curiam proficiscentem redeuntemque comitetur; cetera facile remissurum, ac, si cuiuspiam erit ingenii aut ullius industrie, posse eum penes se commode et litteris et doctrina proficere^(l). aetas ad .xii^m. vel .xiii^m.^(m) annum sit; boni mores, parentes cogniti. hec te presto facileque implere posse. Nicolaus de Bononia⁽¹⁾, quem ad hoc ipsum requisierat, eum docuit. tu, si potes, clari viri et te amantis desiderium exple. vale. Padue, .xvi. kalendas⁽ⁿ⁾ octobris 1395.

(a) ut sit-paranda espunte in B e omesse in G (b) RG Breum (c) G quid diceret (d) B P Purlo o Puclo CGR om. (e) B clerico (f) RG preterieram G in marg.: «pretetierat in CP». (g) G om. etsi iniuste (h) Dopo pensare C lascia spazio d'una parola in bianco. Forse dixit o alcunchè di simile. (i) BG tu non id vide CR tu nunc hic vide G in marg.: «hic in alio codice». (k) CRG potest G in marg.: «possit in alio codice». (l) B proficere RG comode litteris (m) BV .xii. vel .xvi. (n) CG V .xiii. kal. R 1495

(1) È costui probabilmente il Nicolò documentato con Giovanni da Bologna nel documento citato nella nota all'epistola III, p. 8.